

**Sermo**

verez apparuit symoni Et ipsi narra-  
bant que gesta erant in via. 7 quod co-  
gnouerunt eum in fractione panis.

**Sermo. lviij. de euangelio.**

**C**ognouerunt dominū  
in fractione panis. Tria dñi  
veranda sunt in hīs verbis  
primo quare dominus hīs discipu-  
lis specialiter se ostendit.  
Secundo qualiter eis apparuit.  
Tercio in quo ab eis agnitus fuit.  
Ad primum sciendū qd apparuit eis  
ppter quatuor.  
Primo ppter bonum societatis quod  
pmisit Dñs. dicens. Ubi duo vel  
tres congregati fuerint in noie meo. in  
medio eorum sum.  
Secundo ppter iter bone actōnis. ut  
ait puer. v. In vijs iusticie ambulo.  
scz viantibus sociū se exhibet: cuius fa-  
cundia pvehiculo sit in via.  
Tercio ppter collationē diuini sermo-  
nis. ut ait sapi. Concupiscite sermo-  
nes meos. diligite illos 7 habebitis  
disciplinam.  
Quarto ppter merorem dñice passio-  
nis. Unde ait Joh. v. Tristitia v̄ra  
vertetur in gaudiū. Nota cum dicitur.  
Duo ex discipulis. quoz vnus vo-  
catur cleophas. alter amō fm ambro-  
sium licet quidā dicunt illū fuisse be-  
atum lucā: sed nō est authenticū. ibant  
ipsa die resurrectōis. in castellum: qd  
tunc dicebat emaus: sed postea fuit  
dictū nicopolis: longe a iherusalem  
vij. miliarijs 7 dimidiij. 7 ipsi loque-  
bant adinuicē de hīs oibus que au-  
dierant circa xpm: dolētes eū sine cul-  
pa occisū. Ecce qd nihil i eis ad disci-

**quinquagesimasseptimus**

25

plinā vacabat. Amici em̄ erant vincu-  
lo caritatis. cor occupatum merore. li-  
gua sacre ofabulationi. pedes itineri  
indrouer. Tene disciplinam: 7 ne di-  
mittas eam 7c.

Ad secundum sciendū qd apparuit ei-  
is in habitu peregrino. 7 hoc ppter  
quatuor.

Primo. qd peregrinus erat in menti-  
bus eoz. 7 nō credebant eū resurrex-  
isse a mortuis. Hægo. Talez se esse ex-  
hibuit in corpore qualis erat in mē-  
te. ppter hoc 7 reprehēdit eos de stul-  
ticia. qd scripturas nō intelligebant q  
plane continent passionē 7 resurrectio-  
nis misterū. Item de pigricia. qd ne-  
q; mulieribus resurrectiōne annunci-  
antibus. neq; hīs que sepi9 audierāt  
neq; hīs que in lege nouerant crede-  
re voluerunt.

Secundo. qd ipse peregrinus fuit in  
mundo vbi neq; mansionem habuit  
neq; honore appetiuit. neq; iniurias  
iudicauit. Vñ psal. Incola ego su9  
in terra. Joh. xij. Quasi peregrinus  
fuit in oculis eoz.

Tercio. qd tendebat ad locum sanctū  
.i. in celū. Unde math. iij. Hō qui  
dam peregre pficiscens 7c. Itarua est  
ipius hūanitas assumpta. de qua p-  
uer. vij. Saccū pecunie tulit secuz  
baculū lignū crucis. De quo gen. xij  
In baculo meo trāsiui iordanē istū.

Quarto. qd docet nos peregrinari in  
exilio hui9 mundi 7 suspirare ad pa-  
triā paradisi. ij. Cor. ij. Quādiu su-  
m9 in corpore peregrinamur a dño  
hac peregrinatōe finita amici nostri  
.i. angeli 7 sancti obuiā veniētes cum  
gaudio nos suscipient in ciuitate cele-  
sti. Hā. ly. Egredimini in leticia 7

A. i.